

dens sicut in archiepiscopo, vel episcopo confirmato illud operetur, & consecratio, vel pallium tribuit plenitudinem officii, de autoritate & vsu pallii. capitulo, nisi. Et intellige quando episcopus malitiose tenuit, quod præsumitur eo quod requisitus renuit nullam causam prætendens sed si iustam causam prætendit, abstineat, vt vterque suam iustitiam prosequatur, ad hoc de rescrip. capitu. si quando, de appellatio. capitulo, vt debitus. de his, quæ sunt a maio. parte capituli, capitu. i. Si tamen episcopus ius suum probare non potest, priuetur, de electio. capitulo. i. lib. vi. nec hæc decret. causam rationabilem excludit, q. quid dicant alii, quæ in omnibus consideranda est, de accusa. capitulo, cum dilecti. Quæro qui confirmet Abbates? dic dato quod non sint exempti, sunt per episcopos confirmandi, in multis tamen locis dicit Hostien. q. patres abbates, illos confirmant, & non videt quo iure id faciunt, nisi si super hoc habeant priuilegium.

## S V M M A R I V M.

- 1 Canonici regulares an ueniant appellatione monachorum.
- 2 Patronus si non presentat intra terminum determinatum, ius presentandi transit in superiorem.
- 3 Delictum in committendo & omittendo continetur appellatione excessus.
- 4 Monachi an possint presentare monachum ad ecclesiam subiectam monachis, quæ consuevit regi per clericos seculares?
- 5 Patronus presentans scienter indignum, priuatur potestate presentandi.

## C A P. II.



**S**icut nobis. Regulares in suos vsus conuertere non possunt ecclesias, in quibus obtinent ius patronatus, & si in tra tempus Lateran. concilio quando vacant, si presentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem. Cõmunis diuisio. Secunda, ibi, Nolentes. Casus literalis. Quidam regulares habent ecclesias ad eorum presentationem pertinentes, quas vsibus propriis appropriare nituntur. nolunt ad eas cum vacant, aliquos presentare, sed institunt ibi vicarios occasione concessionis quorundam episcoporum, & destituunt pro sua voluntate, & ita grauunt eos pessionibus, quod non possunt eis competenter in paupertate deseruire, nec episcopo in episcopalis respondere, nec hospitalitatem seruare. Significatum fuit hoc domino papæ, ne antiquus status ecclesiæ ppter hoc subuertatur. Mā dat quatenus nisi sint exceptæ eccl. supradictæ a iurisdictione episcopi. excessus illos studeat rationabiliter emendare & nisi intra tempus in concilio Lateranen. constitutum p̄dicti monachi presentauerint ei personas ad vacantes ecclesias, ex tunc liceat sibi appellatione remota in eis ordinare rectores, ita tamen q̄ nullum patronis in posterum p̄iudicium generetur. Barto. † No. primo quod appellatione monachorum non comprehenduntur canonici regulares, licet æquiparentur multoties in iure, vt hic, & de post. præla. c. ii. Not. q̄ monachi capellas, in quibus habent ius patronatus, non possunt propria autoritate propriis vsibus deputare, Not. iii. q̄ monachi in capellis subiectis quo ad ius patronatus non habent ius instituendi, & destituendi, nec eis ab episcopis concedi potest, vt ibi dent vicarios ad nutum reuocabiles. No. tria, ad quæ qualibet ecclesia tenetur, ad onera presbyteri sustentanda, ita quod sufficenter alimententur, ad onera episcopalia, & ad hospitalitatem transeuntium. Et ut dicatur ecclesia sufficiens, oportet quod talia sustentare possit, vnde monachi non possunt in tantum grauare ecclesias, quod talia non possint supportare. Et no. q̄ rector ecclesiæ non superior ecclesia habes ius patronatus, est illa quæ grauari potest pro episcopalibus p̄soluendis. No. ad episcopi curam pertinet, vt ecclesiæ manteneantur in statu antiquo, in quo fuerunt institutæ & ordinatæ. Nota. episcopum non posse supplere iurisdictionem in ecclesiis exemptis, hodie dic, vt in clemen. i. de sup. negli. præla. † Not. quod per negligentiam patroni clerici in tra tempus sex mensium in presentando deuoluitur potestas prouidendi ad superiorem, & sic tempus statutum ad conferendum in Lateran. concilio habet locum in actu & potestate presentandi, quando potestas pertinet ad clericum, scilicet in clericis, in laicis autem est quatuor mens-

- a sum, de quo dic, vt habetur, in cap. i. de iure patro. lib. vi. Nota. quod ex deuolutione potestatis presentandi ad illum qui habet potestatem conferendi, non mutatur modus prouidendi, vt ibi per patronos prouiso siebat, nunc toto isto actu prouideatur, de quo de electio. capitu. ne pro defectu. uide cle. i. eo. ti. & quod ibi nota. glo. No. quod deuoluta potestate ad superiorem propter negligentiam inferiorum vltra actum & exercitium pro illa vice prouidendi, nullum infertur præiudicium patronis habentibus ius presentandi. Not. † quod appe. excessus comprehenditur de licet in committendo & omittendo. Videtur primo q̄ possint monachi in capellis instituere & destituere, xvi. q. ii. capitu. i. de præscriptio. capitu. cum olim, de priu. capitu. quoniam. Sol. contrarium procedit in ecclesiis pleno iure subiectis, quod hic procedit in ecclesiis, in quibus habent tantum ius patronatus, quia ex illo habent nudum ius presentandi, & de temporalibus rationem petendi, de præb. c. in Lateranense, de priu. capitu. cum & plantare. S. in ecclesiis, vide. inf. de officio ordinarii. capitu. cum vos, de ap. c. bonæ, vide de præbend. c. de monachis, de relig. do. cap. cum venerabilis, nota tamen hanc gl. quæ bona est in hoc, Videtur secundo, quod & in exemptis in talibus suppleant diocesani autoritate papæ, vt clem. i. eod. tit. Solu. fatendum est hodie in hoc decre. correctam. Tertio quare non tenuit concessio episcopi? glo. dicit, quia facta sine consensu capituli, sine quo non potest aliquid de fructibus, vel iuribus episcopatus donare. de do. c. pastoralis. In glo. episcopo palibus, dum dicit ibi, De cathedralico. b. contra hoc videt facere, quia monasteria non sunt episcopo a lege diocesana subiecta. x. q. i. c. i. & xvi. q. i. c. cum pro utilitate. Sol. contrarium procedit in monasteriis, hoc autem in eorum capellis tamen tenentur ipsa monasteria ad procurandum, nisi sunt exempta. inf. de præscrip. capitu. cum ex officio, in glo. pen. in fi. de hoc dic, vt de priu. c. i. lib. 6. † Quæro, an ad ecclesiā subiectam monachis, quæ consuevit per clericos seculares regi, possint monachi monachum presentare? dicit Petrus & Abba. quod non, per hanc decret. quia status ecclesiæ immutari non debet. quod credit Ioan. Andr. verum in curatis, vel si presentarent illum, vt claustralem, ad hoc clem. quia regulares, eod. ti. vbi de hac questione dicitur ad hoc curatum seculare possunt monachi de iure promoueri, de statu moua. c. cum ad monasterium. † Vltimo per hanc decret. dicit Host. quod sicut eligens scienter indignum priuatur potestate eligendi, ita presentans scienter indignum, priuatur potestate presentandi etiam dato, q̄ sint laici, primo vt puniantur, in quo delinquant, de transla. episcopi. capitulo. i. secundo quia non refert, an nullum, vel minus dignum eligant, de transla. episcopi. capitu. ii. tertio quod ius pinguis habent patroni clerici, quam laici, & si priuantur ergo fortius laici. patet in eo, quod notatur de iure patron. capit. quoniam. & cap. cum propter, dicit quod aliqui sentiunt contrarium. dic, quod hoc est verum, vt notatur infra de officio ordinarii, capitulo, cum vos. Ant. de Butrio.

## A D D I T I O N E S.

- a Quatuor mensium. Adde quod si communiter spectet ad clericum & laicum, quod propter connexitatem laici habent sex menses, ut dicit Fede. cons. lxxiii. Ad hoc quando ius patronatus & presentandi permixtum spectat ad clericum & laicum, habeant ipsi patroni tempus sex mensium. an quatuor. Dicitur quod habent sex menses ratione adherentiæ clericis, quia magis dignum attrahit ad se minus dignum, vt in c. aqua, de consecra. eccl. vel alta, & no. in l. præcipimus, C. de appellatio. & qui si isto casu clericus presentat unum, laicus alium, an ambo, vel neuter, vel alter ex his, & quis ex eis presentatis debeat admitti? vide per Io. Andr. in regula, in re communi, de reg. iur. lib. vi. in Mercuria, & uide not. per Docto. in ca. quod autem, de iure pa. An. Fran.
- b Cathedralico. Adde aliquid de solutione cathedralici, Roma in consilio eccl. xvi.

## S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum potest conferre dignitates quæ sunt supra capitulum, vt Archidiaconatum.
- 2 Collatio facta per inferiorem est nulla, si potestas conferendi est deuoluta ad superiorem. Mora purgatio non admittitur, ubi est facta executio a iure s. & infra. c. si. in 2. no.
- 3 Iudex potest supplere ex officio, quando in iudicio sibi constat de iure tertii funditus exclusio intentionis agentis.

Panor. super secunda primi.

F

Iude x